
224

F


16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

~~Sl.ser. C 64~~

KW 224
F.16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16



Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

LECTORI.

Amice Lector,

I*ſte ſanè fugit ſcopus hujus* Florilegii Politici *congeſti, nempe amor erga ſtudia politica, & Principem noſtrum, cujus flores ex priſcorum, ut ita dicam, hortis, elegi, ex quibus quaſi ſerta comparavi digna, ut autumo, quæ verticem & frontem veſtram exornent: ideo hiſce, quaſi ex me depromptis, ne utitor; ſed in hoc* Iuſti Lipſii *veſtigiis inſiſto, qui dicit: omnia ſua eſſe, & nihil: quippe qui aliorum dicta, & ſententias non ſuas, diſſpoſitione & deſcriptione fecit ſuas. Quædam ego addidi, ut* benignus lector *facile perſpicere poterit, non nulla etiam metra jucunditatis gratia & memoriæ juvandæ, omnia tuæ utilitati dicata, quæ præcor hilari mente excipe. Vale. Dabam Vltrajecti. Anno 1603. Mai. 16. ſtylo antiq.*

Veſter.

ARNOLDUS FONTANUS.

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.

Lucret. lib. 3.

Am-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Ampliſsimo, Nobiliſsimoqne viro,

DOM. IOHANNI HUYDEKOPER, Equiti, R. P. Amſteldamenſi Scabino, Senatori, I.V.D. Domino in Maarſevenen/ & in collegio Præfectorum negotiationi Indiæ Orientalis delegato.

FElici, profecto, ſydere me natum puto, qui antea ſolius naturalis ſcientiæ myſtes, nunc etiam prudentiæ moralis aſſecla factus, inter nonnulla paterna ſcripta reperi diatribam quandam de Virtutibus Cardinalibus olim congeſtam à patruo meo magno Arnoldo Fontano. I. C. *viro, magni, dum viveret, nominis, atque, ut conſtans civium patriæ urbis noſtræ judicium eſt, vere ſydere Amſtelio, imo, ſi quod res dicendum, oraculo & miraculo: quem, in flore ætatis ſuæ,*

Abſtulit atra dies, & funere mercit acerbo.

Ejus opuſculi chartas avide legi, iteravi, tertiavi: ac quia admodum eſſent perturbatæ ſtudio aliquo in ordinem redegi, ut viro immortale nomen longe majoribus promerito & conſecuto huic etiam aliquid gloriolæ, & ſimul ad publicum non minus fructus accederet. Sed cum vix ſufficerent vires, parentem acceſſi, qui miratus hujus operis præſtantiam, quædam etiam, ex ſuis poematiis, huic materiæ commo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

da, inſervit. Ego ut ſolent adoleſcentuli voluptatem cœpi, imaginibus excogitandis, quas ſingulis quibuſque affixi capitibus. Laudavit conatus parens, calcaria etiam & ſtimulos mihi ſubdidit, ut opuſculo huic politico publici juris facerem. Nec diſſuaſit, ſi negocium cum amicis nonnullis communicarem. Hi vero, ut ne ultra cum blattis tinæiſque rixari permitterem, auctores fuerunt. Turpe exiſtimavi, ſi homo adoleſcens viris prudentiſſimis & conjunctiſſimis morem non gererem. Sculptorem igitur & Typographum acceſſi; qui, hunc patrui magni fœtum, cui nos ſolum obstetricati ſumus, ambabus ſuſcepere ulnis, nec ceſſandũ ſibi putarunt, donec non in ſuis modo, ſed orbis literati manibus verſaretur. Cui vero potiſſimum dedicarem, hærenti occurriſti mihi, Vir Ampliſſime, & Nobiliſſime, cui hos labores gemino nomine gratiores fore exiſtimavi, quia & à familia Tui nominis obſervantiſſima proficiſcuntur, & argumentum continent quod pertinet ad ſupremam gubernandi ſcientiam: ſine qua, nec hujus urbis, nec orbis compages diu feliciter conſiſtat. Quare fave conatui noſtro, & hunc patrui mei magni fœtum nomini tuo conſecratum, amico vultu excipe, benignoque ſinu fove. Vale & me ama
Amſteldami Iunij. Anno. 1641.

Qui Amplitudini veſtræ ſum, & ero addictiſſimus *Iohannes Fontanus. N. F.*

FLO-

FLORILEGIUM POLITICUM ARNOLDI FONTANI.

CAPUT I.

DE VIRTVTE.



Virtute.

Virtus, ac probitas, placeatque modeſtia vitæ
Plus tibi, quam multis aurea pocla placent.
Namq; ubi divitiæ fluxæ, inſtabileſq; recedunt,
Perpetuò virtus permanet alma tibi. A. F.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

IMmenſe & immortalis Deus, fons & ſcaturigo bonorum omnium, hoc meum imbecille cerebrum divinæ tuæ ſapientiæ rore irriga, ut illuſtrium virorum evidentibus exemplis in hoc meo opere propoſitis, ita informare queam tuos in terra vicarios, ut in primordio poteſtatis ſuæ cunctis amabiles, & Solis exorientis jubar fiant: Durante verò illâ, ut ipſum ſplendiſſimum meridianum ſolem admirentur, tandem autem poſt obitum, feliciter adminiſtratæ Provinciæ memoriâ, omnibus poſteris ſcopus eſſe queant: ad quem velut ad Cynoſuram, ſuæ vitæ curſu animum mentemque intendant: quod tum demum conſequi ſe poſſe intelligant, ſi fugientes flagitia unicè amplexi fuerint virtutem; quæ ſola omnis cœleſtis terreſtriſque fœleicitatis unica parens eſt: & ut Tacit. 4. Hiſtor. ait: proprium hominis bonum; primò vero, & unicum bonum eſt virtus: nullum certe ſine virtute: quæ in parte noſtrâ meliori, id eſt, rationali poſita eſt. Senec. epiſt. 71. Unde validiorem animum & excelſiorem & ampliorem virtus facit. Idem epiſt. 76. Hæc ſola in ſua poteſtate eſt, omnia præter eam ſubjecta fortunæ dominanti. Cornif. ad Herem. Divitiarum & formæ gloria, fluxa atque fragilis eſt, virtus

clara

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

lara æternaque habetur. Saluſt. Cat.

taque — Cætera cum pereant, quæ præfert, commoda mundus,
Splendida virtutis gloria ſola manet. N. F.

Quamobrem, virtus omnibus rebus antecedit profectò. Plaut. in Amphit. Quoniam; nihil amabilius virtute eſt, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum, quippe cum propter virtutem & probitatem, eos etiam, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus. Cic. 1. de Amic. Merito igitur Principi, omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus. Plaut. ibid. Quæ nec eripi, nec ſurripi poteſt, neque naufragio neque incendio amittitur, nec tempeſtatum, nec temporum permutatione mutatur. Cic. Parad. ult.

Nam: Virtus preſſa malis violentior ipſa reſurgit,
Et veluti florens palma retundit onus. N. F.

Ea præditi qui ſunt, ſoli ſunt divites: ſoli enim poſſident res fructuoſas & ſempiternas. idem. ibid. hæc & animi delectationem, & tranquillitatem adfert: ut Cic. 3. act. in Varr. his verbis fatur; Major eſt virtutis jucunditas, quam voluptas, quæ ex libidine & cupiditate percipitur. Sola enim virtus gaudium præſtat perpetuum & ſecurum. Sen. epiſt. 27. Ideò Juvenalis Sat. 10. *Semita certè*.

Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ.
Hanc decus & gloria tanquam umbra ſequuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Cic. 1. Tuſc. Quare Virgil. 10. Æneid.
Et famam extendere factis, hoc virtutis opus.

Quod ad bonorum externorum affluentiam attinet: quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent. Sal. Cat. Revera, ſola virtus expers ſepulchri, virtuti fortuna cedit, domat omnia virtus, virtute eſt fortuna minor. Denique ſi quod optimum maximumque eſt volumus adipiſci, virtuti opera danda eſt; ſine quâ nullam rem expetendam conſequi poſſumus. Cic. de Amic. Hæc itaq; in ſubditorum utilitatem à principe amplectenda, qui ejus documentis edoctus cum Xenophonte in Memorabil. Socrat. videbit ſe non molliter debere curam gerere, ſed per ipſum, eos electores benè beatèque agere: Quoniam à capite bona valetudo: inde omnia vegeta ſunt atque erecta, aut languore demiſſa. Sen. 2. de clem. Hinc Trajanus non aliter pro ſe vota publica ſuſcipi voluit, quam ſi benè rem publicam & ex utilitate omnium rexiſſet. Plin. Paneg. Et ejus ſucceſſor Hadrianus in concione, & ſenatu ſæpè dixit: ita ſe rem publicam geſſuram, ut ſciret populi rem eſſe, non proprium. Spart. in Hadr. Horum veſtigiis princeps ſi inſiſtat: omnium ſubditorum ſomnos ſuâ vigilantiâ, omnium otium illius labor, omnium delitias illius induſtria, omnium

vaca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

vacationem illius occupatio defendet. Sen. ad Polyb.

Ergo. Tu civem patremque geras: tu conſule cunctis
Non tibi, nec tua te moveant, ſed publica damna.

Claud. 4. con. Hon. Dictum aureum cedro vero digniſſimum: nam multum eſt pro ſubditis vigilare, & maximum bonis exemplis prælucere: quod atteſtatur Plinius Panegyr. per hæc verba: nec enim tam imperio ſubditis opus quam exemplo: nam, quales in republica principes ſunt, tales reliqui ſolent eſſe cives. Cic. epiſt. 3. ad Lent. Et Claudianus:

Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos ædicta valent, quam vita regentis.

Hæc omnia facilè acquiret princeps, rectè ſi ſit educatus, teſte Lycurgo: præcipuè cum educatio unà cum diſciplina mores facit: quoniam ſapit unuſquiſque quod didicit. Senec. de Morib. magis in pueritia in qua teneros adhuc animos componimus: difficulter admodum reciduntur vitia, quæ nobiſcum creverunt. Sen. 2. de Ira. Itaque ut agricolæ vallos apponunt arbuſculis, quo rectè creſcant: ſic qui inſtituit, addat monita & præcepta ingeniis ſalubria, ne in vitium deflectant: quoniam ut terra, quo fertilior eſt naturâ, hoc magis corrumpitur, ſi negligatur: ita ingenia, niſi rectè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

excolantur, quò ſunt feliciora, eò pluribus vitiis obducuntur. Plut. in Moral. Facilè enim tenera conciliantur ingenia ad honeſti rectiq; amorem. Sen. epiſt. 90. Generoſa vero indoles, ſi accedat inſtitutio, magno bono eſt patriæ: ſin ad vitium degeneret, magnum adfert damnum. Plut. in Them. Sanè ſtudia, quæ ſunt in adoleſcentiâ tanquam in herbis, ſignificant, quæ virtutis maturitas, & quænam fruges induſtriæ ſint futuræ. Cic. pro Cæl. Nam in optimis quoque antequam erudias, virtutis materia, non virtus eſt. Sen. epiſt. 90.

Doctrina ſed vim promovet inſitam,
Rectique cultus pectora roborant. Hor.

Ergo Nunc adbibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem teſta diu.

Horat. 1. epiſt. 2.

Et Perſ. Sat. 3.

Vdum & molle lutum es; nunc nunc properandus
Et acri fingendus ſine fine rota.

Sed virtus hæc, nulla eſt ſine labore, quem ſi fugimus, virtus fugit, quam labor & diligentia in adoleſcentia clariorem reddunt. Hinc generoſos animos laborem nutrire. Sen. epiſt. 31. prædixit. Quare Lucanus:

Lætius eſt, magno quoties ſibi conſtat, honeſtum,

Et ego

Ingenium torpet nimia ceu membra quiete:
Sin eadem fuerint culta labore, vigent.
Ergo. Qui cupit optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, ſudavit, & alſit.

Et Plaut. in Curcul. qui è nuce nucleos eſſe vult frangit nucem.

Nam ——— Nil ſine magnô
Vita labore dedit mortalibus. Horat. 1. Sat. 9.

Et Seneca Herc. fur.

Non eſt é terris mollis ad aſtra via.

Deinde, Non eſt, crede mihi, veneranda ſcientia molli
In thalamo, aut virtus obvia cuique pigro. A. F.

Ideò virtutem voluere Dii ſudore parari:

Arduus eſt ad eam, longuſque per ardua tractus,
Aſper & eſt primum: ſed ubi alta cacumina tangis
Fit facilis, quæ dura prius fuit inclyta virtus.
Lucil. & Heſiod. apud Stobæum.

Quamvis autem difficilia, quæ pulchra: tamen ea conſuetudo rectè agendi, & virtus minuunt, juxta meum verſiculum.

Nil adeo durum eſt, licet ex adamante paratum,
Quod non vel ſupereſt ſedulitate labor.

Igitur ſi laboraveris tibi nihil difficile vel moleſtum erit: quoniam aſſuetus, teſte Petroniô, poteſt bovem ferre, qui vitulum ſuſtulerit.

——— Nil conſuetudine majus
Quam tu dum capias, tædia nulla fuge.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Ovid. 2. am. Et Propert. 2. El. 3.

> Primo taurus detractat aratra:
> Poſt venit aſueto mollis ad arva jugo.

Veluti conſuetudo rectè agendi laborẽ minui & virtutem auget, ſic ad eam conſervandam multa poſſunt bonorũ ſocietas & converſatio Ergo. Nec ad amicitiam tuam faciliorem aditum habeat nequitia & audacia, quam virtus & integritas. Cic. in Varron. Aſpice quid faciant commercia. Juv. Satyr. 2. Ideò cum hiſce verſare, qui te meliorem facturi ſunt. Sen. epiſt. 7. quod ſi feceris amor laudis & gloriæ, virtutem tuo in pectore alet: trahimur enim omnes laudis ſtudio, & optimus quiſque maximè gloria ducitur Cic. pro Arch. Poeta. Sanè virtutis uberrimum alimentum eſt honos. Val. max. 2. c. 6. Quare ubi gloriam dempſeris, ipſa per ſe virtus amara atque aſpera eſt. Saluſt. Cæſ. Cauſa gloriæ noctu ambulabat olim in publico Themyſtocles, quod ſomnum capere non poſſet: quem cum interrogarent quare? quærentibus reſpondebat, Miltiadis Trophæis ſe è ſomno ſuſcitari. Cic. 4. Tuſc. Et Scipio Africanus Socraticum Xenophontem in manibus ſemper habebat: cujus imprimis illud laudabat, quod diceret: eoſdem abores non æquè eſſe graves Imperatori, & militi, quod ipſe honos laborem Imperatorum

faceret

faceret leviorem. Idem 2. Tuſc. Nonne id videmus in pueris, qui lætitiâ afficiuntur, cum vicerint. Ibid. 3. Ergo gloria multum valet, pungit, ſtimulat, irritat, excitatque, ut Prop. libr. 3. cecinit.

Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires,
Non juvat ex facili lecta corona jugo.

Et Ovid. 2. de Ponto.

Laudataque virtus.
Creſcit & immenſum gloria calcar habet.

Unum & idem efficiunt exempla virorum illuſtrium, & majorum præcipuè noſtrorum. Igitur tanquam in ſpeculo orna & compone virtutem tuam ad alienas virtutes. Plut. in Tim. Honeſtum enim eſt majorum veſtigia ſequi, ſi modò recto itinere præceſſerint. Plin. Iun. cap. 5. epiſt. 4. Hinc Æneas Aſcanium ſuum ſic hortatur apud Virgilium 2. Æneidos.

Diſce puer virtutem ex me verumque laborem.

Et idem 3.

Ecquid in antiquam virtutem animoſque viriles
Et Pater Æneas, & Avunculus excitat Hector.

Optimè certè optimè: cum longum iter per præcepta ſit, breve & efficax per exempla: præcepta enim monent, exempla cogunt. Sen. Epiſt. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

CAPUT II.

DE VITIO



Vitio.

Improbus hâc etiam miſer eſt dum veſcitur aurâ
Perpetuus cruciat quem dolor atque metus.
Gaudia ſi qua tenet, modicô vix tempore durant
Mox fugiunt inſtar, ſole micante, nivis.
Hæc eadem quærit magnô aſſiduôque labore,
Et retinet curis, cumque dolore caret.

Vltium virtuti opponitur, ideò Horatius lib. 1. epiſt. 1. dixit:

——— Virtus eſt, vitium fugere.

Et qui hanc viam graditur, ſeipſum perdit, nam nemo malus felix. Juvenalis Satyr. 4.

Optima ſint quamvis: vinorum gratia prorſus
Perditur, hæc teneant ſordida vaſa modo.
Sic bona quantumvis ſententia, ſi malus ipſam
Proferat, inq; malum ſic bona quæque cadunt. N. F.

Quoniam improbo nemini benè eſſe poteſt. Cic. parad. Nec in regnô nec inter milites, ut aſſerit Sen. in thyeſ.

——— ubi non eſt pudor
Nec cura juris, ſanctitas, pietas, fides,
Inſtabile regnum eſt.

Nec in famâ, ſiquidem prælucet omne regiæ vitium domus. Sen. in agamemn.

Et Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto major, qui peccat habetur.

Unde, malorum regum infamia atque odium ſœculis traditur. Sen. 1. de clement. Sic & in vitâ: Nec illas ipſas manus, quibus ſe commiſit, ſecurus aſpiciet. Ibid. Sen. Et Neronem longâ Cæſarum ſerie timentem, non vindex cum inermi provinciâ, aut Galba unâ legione, ſed ſua immanitas, ſua luxuria cervicibus publicis depulerunt. Tacit. 1. Hiſt. Neque in conſcientiâ, quæ mille teſtes. Animus enim impurus, Diis hominibuſque infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus ſedari poteſt. Saluſt.

Hic ſemper timet, quamvis audaciſſimus, u olim Tiberius. Ideò:

Nullum tam audacem Samius Sophiæ inquit amator,
Quem mala non faciat mens trepidare nimis?

Non requieſcit enim placide mens conſcia pravi,
At hanc perculſam concutit aura lèvis. A. F.

Adjicio illud,

Iſocrates quondam conſuevit dicere, turpe
Nil ſi perficias, poſſe latere diu.
Nam quamvis lateas alios, fortaſſe peractæ
Tu tamen es culpæ conſcius ipſe tuæ. A. F.

In quem ſenſum ſic Juvenalis. Satyr. 13.

——— hos tu
Evaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit,
Occulto Tortore animo quatiente flagellum?
Itaq; Magne Pater Divum, ſævos punire Tyrannos
Haud alia ratione velis, cum dira libido
Moverit ingenium ferventi tincta venenô
Virtutem videant intabeſcantque relicta. Perſ. Sat. 3

Hinc procedunt innumera damna ſubditis, & ut in corporibus, ſic in imperio, graviſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur. Plinius libr. 4, epiſt. 22. Admodum benè olim Horatius fatur,

Quicquam delirant Reges, plectuntur Achivi,
Et Procerum motus hæc cuncta ſequuntur:
Humanum paucis vivit genus. Luc. 3.

Quod aſſerit Claud. 5. Conſ. Honor.

Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.

Quare caveat ſibi princeps in quantum poterit, dico in quantum poterit: nam vitiis nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt, qui minimis urgetur, Horat. 1. Satyr. Hoc fiet ſi pravis affectibus & cupiditatibus reſiſtat, qui rempublicam evertunt, odia, diſſidia, ſeditiones, & bella creant: nec hæc ſeſe ſolum foris jactitant, nec tantum in alios cœcô impetu incurrunt, ſed intus etiam animus incluſæ inter ſe diſcident & diſcordant. Cic. 1. de fin.

Idcirco. Tu licet extremos late dominare per Indos
Te Medus, te mollis Arabs, & Seres adorent:
Si metuis, ſi prava cupis, ſi duceris ira,
Servitii patiere jugum: tolerabis iniquas
Interius leges: tunc omnia jure tenebis
Cum poteris Rex eſſe tui. Claud. 4. Conſ. Honor.

Summi regis eſt ſeipſum regere, ut ego olim:

Imperium tibi vis magnum, regale, potenſque,
Te rege, ſint animo ſubdita cuncta tuo.
Cunctorum ratio dominatrix ſit vitiorum,
Hæc domet affectus, ſervitioque premat.
Sic eris imperio Rex Regum maximus, atque
Cunctorum vinces ſceptra ſuperba ducum.
Namque ſubegerunt multi vaſtiſſima regna,
Haud potuere ipſi ſe ſuperare tamen.

Sanè regium eſt ita vivere, ut non modo homini nemini, ſed ne cupiditati ulli ſerviat. Cic. ro Scyllâ. Cui tandem libero imperabit, qui non poteſt cupiditatibus ſuis imperare? ideò

ſperne

ſperne conſuetudines vitioſas, ne earum man-cipium fias in initio, quoniam omne malum naſcens facilè opprimitur: inveteratum fit ple-rumque robuſtius, ut monuit Ovid.

Principiis obſta, ſero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.

Sic affectus frequentes & neglecti fecere mor-bum, ſicut diſtillatio una, nec adhuc in morem adducta tuſſim facit, aſſidua & vetus phythi-ſin. Sen. cap. 75. Idcircò, in primis finibus hoſtis arcendus, nam cum eum intravit, & por-tis ſe intulit, modum à captivis non accipit. Idem 1. de irâ.

Unde, Helleborum fruſtra, cum jam cutis ægra tumebit,
Poſcentes videas: venienti occurrite morbo.
Perſ. Satyr. 3.

Quoniam mutatur in conſuetudinem, quæ eſt naturâ potentior. Curt. lib. 5. Et graviſſimum imperium conſuetudinis. Pub. Min. Quam pariunt negligentia & otium. Teſte Horatio 3. Satyr.

——— Denique te ipſum
Concute, num tibi quæ vitiorum inſeverit olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala: namque
Neglectis urenda filix innaſcitur agris.

Etiam, Fertilis aſſiduo ſi non removetur aratro
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.
Ovid. 5. triſt. el. 12.

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus
Et capiant vitium ni moveantur aquæ. Idē de Ponto

Res ſanè diſciplinæ inimiciſſima otium, ut

docet

docet Val. lib. 2. In hunc ſenſum Caſſiodor. 1. epiſt. 39. ſic exclamavit. Sicut natura humana duris laboribus inſtruitur: ita per otia torpentia ſatuatur.

——— variam ſemper dant otia mentem. Luc.

Quæ apud Senecam epiſt. 82. vivi hominis ſepultura.

Denique ——— Otium reges prius ac beatas
——— perdidit urbes.

Ergò fugiat improborum convictum, converſationem.

Quoniam, Inſtar peſtiferi morbi contagio ſerpit,
Ac ſibi vicinos inficit atque necat.
Improba mox poterit ſic conſuetudo malorum
Ni caveas, mores contemerare tuos.
Hinc & ſymbolice juſſit, ne animalia nigris
Caudis contingas prædita Pythagoras.
Atram quiſquis enim picem contingit, ab ipſa
Inficitur, maculant ſic mala cuncta bonis. N.F.

Quia corrumpunt bonos mores colloquia prava. Menand.

Præcipue, Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas.
Virgil. 1. Georg.

Quandoquidem pejora juvenes facilè præcepta audiunt. Sen. in thyeſt. Naturâ enim, inquit Quinrilianus lib. 1. tenaciſſimi ſumus eorum, quæ à pueris didicimus, & hæc ipſa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt. Et certum eſt, quod is balbutire diſcit, qui aſſiduo cum balbo vivit. Alex. Aphrod.

Ideo

Ideo. Nil dictu fœdum, viſuque hæc limina tangat
Intra quæ puer eſt: procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum & cantus pernoctantis paraſiti.
Maxima debetur puero reverentia: ſi quid
Turpe paras, pueri ne tu contempſeris annos.
Iuv. Sat. 14.

Revera. Si damnoſa patrem juvat alea, ludit & hæres
Bullatus, parvoq, eadem movet arma fritillo. Idem

Et paulò poſt

unus & alter
Forſitan hæc ſpernunt juvenes, quibus arte benigna,
Et meliore luto finxit præcordia Titan.
Sed reliquos fugienda patrum veſtigia ducunt
Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpæ.

Vitiorum altrix, ut docet Amil. Macer. lib. 20 eſt adulatio, ideò princeps, qui libenter audi verba mendacis, omnes miniſtros habet impios. Proverb. 29. Sed venena ſub blandioribus latere, ut vates 1. art. am. canit:

Impia ſub dulci melle venena latent.

Nam omnia laudare, tam quę benè ſe habent quam quæ malè, non fuerit amici, ſed irriſoris & non diligentis, ſed decipientis. Chryſoſt. de laud. divi Pauli homil. 9. Et Martialis.

Ne laudet dignos, laudat Calliſtratus omnes
Cui malus eſt nemo, quis bonus eſſe poteſt?

Ergo adulatorem fuge, fuge. docet nimirum Divus Hieronymus lib. 1. adverſus Pelagianos: quod ſemper inſidioſa, callida, blanda eſt adu-

latio

atio. Et Ariſtoteles 5. Politicorum cap. 11. demonſtrat, neminem adulari, qui liberum animum gerit, ſed viros probos vel amare, vel minus blandiri. Quam ob cauſam Nicephorus lib. 10. hiſt. Eccleſ. cap. 42. atteſtatur: melius eſſe in corvos, quam in adulatores incidere: hi enim viventes, illi mortuos exedunt. Quod Ferus etiam conſentire videtur in part. 3. paſſionis Dominicæ per hæc verba: nihil eſt, quod tam facilè corrumpat mentes hominum, quam adulatio, & plus nocet lingua adulatoris, quam gladius perſecutoris. Sanè regium opus ſæpius aſſentatio, quam hoſtis evertit. Cur. lib. 8. Verum ergò illud Catonis eſt: melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum ſæpè dicere, hos nunquam. Cic. de Amic. Olim Diogenes hac de cauſa rogatus, quod eſſet animal omnium maximè noxium: ſi de feris, inquit, ſentis: tyrannus: ſi verò de cicuribus, Adulator. Hæc Aſſentatio quamvis pernitioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt, niſi qui eam recipit, atque eâ delectatur: idcircò fit ut is aſſentatoribus patefaciat aures ſuas maximè, qui ſibi aſſentitur, & ſe maximè delectat. Cic. de Amicit.

Qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Quapropter ——— non ſi quid turbida Roma
Elevet accedas, examenve improbum in illa
Caſtiges trutina, nec te quæſiveris extra.
Par. Sat. 1.

Sed potius,

Reſpue quod non es, tollat ſua munera cerdo.
Tecum habita, & noris quam ſit tibi curta ſuppellex.
Ibidem.

Huic convenire videtur fortuna nimis proſp ra, quæ in principe quam maxima fovet viti ut docet Sal. 1. quæ naturam commutare v lent. Curt. 10. Hæ res ſecundæ acrioribus ſt mulis animum explorant, quia miſeræ tol rantur, felicitate corrumpimur. Tac. 1. hiſ

Rectè igitur,

Crux cautos, vigiles, ſubmiſſos denique reddit,
Sors dormitantem proſpera quemque facit. A. F

Sic omnia quę ſuperfluunt nocent: ſegetem n mia ſternit ubertas. Rami onere franguntu maturitati obeſt nimia fœcunditas. Idem qu que animis evenit, quos immoderata proſp ritas rumpit, quâ non tantum in aliorum inj riam, ſed etiam in ſuam utuntur. Sen. epiſt. 3

Quare,

Turgida mens abſit, tumidæque ſuperbia criſtæ,
Amplæ fortunæ ſi tibi contigerint.
Non te propterea his opibus Deus ornat, ut inde
Magnifice incedens ſpernere quemque velis. N.

Modu

Modum imponere rebus ſecundis ſapientis eſt, nec nimis credere ſerenitati præſentis fortunæ, meritò felicis hominis. Liv.42. Ideò Seneca Troad. ſuum principem adhortatur, ut quo fortuna quempiam ſublimiorem evexerit, eò ſe humiliorem exhibeat, hiſce verſibus.

——— quo quem fortuna altius
Evexit, ac levavit humanas opes, hoc ſe magis
Supprimere felicem decet.

CAPUT III.

DE RELIGIONE



Religione

Quum Deus Omnipotens ſine corpore ſpirit
exſtet,
Vt nos & ratio & pagina ſacra docent:
Hic tibi non ſolum ſit corpore & ore colendus,
Sed potius puro mentis amore pius.

Dec

DEcet autem quod optimum eſt ab optimo coli, & quod imperat ab impe-
ıte: Diog. apud Stob. Nam ſubditi minus
uſtum aliquid ſperant ab eo principe ſe
ſuros, quem Religionûm Deorumqne ve-
ntem exiſtimant: & minus ei inſidiantur, ut
tores & adjutores habenti etiam Deos.
iſt. 5. pol. c. 19. Pietate autem adverſus Deos
blata, fides etiam & ſocietas humani gene-
, & una excellentiſſima virtus juſtitia tol-
ur neceſſe eſt. Cic. de naturâ Deor. E con-
ı omnia proſpera eveniunt colentibus Deos,
lverſa ſpernentibus. Liv. lib. 1. Siquidem
eus qualis quiſque ſit, quid agat, quid in ſe
lmittat, quâ mente, quâ pietate colat reli-
onem, intuetur, piorumque & impiorum
ıbet rationem. Cic. lib. 2. de leg.

nde. Diis te minorem quod geris imperas,
Huc omne principium, huc refer exitum.
Dii multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ. Hor. 3. car. od. 6.

Iagnum neſcio quid, majuſque quam cogi-
ıri poteſt, numen eſt, cui vivendo operam
amus, huic nos approbemus. Nihil prodeſt
ıcluſam eſſe conſcientiam, patemus Deo.
ien. Fragm.

rgo, Quicquid agis, cordiſque tui penetralibus abdis
Scit Deus, hunc ſolum quicquid & eſſe decet. A.F.

Igitur

Igitur vivendum tanquam in conſpectu ejus. Quid enim prodeſt ab homine aliquid eſſe ſecretum, cum nihil Deo clauſum ſit. Sen. epiſt. 82. Eleganter ideò Boetius lib. 5. conſ. nos ſic alloquitur: magna vobis eſt, ſi diſſimulare non vultis, neceſſitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis judicis cuncta cernentis. Averſamini igitur vitia, colite virtutes, ad rectas ſpes animum ſublevate, humiles preces ex excelſâ porrigite: hic dabit vobis magnifica & erecta conſilia. Sen. epiſt. 41. Certum eſt, bonum virum ſine Deo neminem eſſe, & nemo poteſt ſupra fortunam niſi ab illo adjutus, exurgere. Tamen caveat tibi à ſuperſtitione, quæ error inſanus eſt: amandos timet, quos colit violat. Sen. epiſt. 123. Et ſuperſtitione, qui eſt imbutus, quietus nunquam eſſe poteſt. Cic. lib. 1. de finib. Ritus enim ſuperſtitioſi faciunt animos humiles formidine Divûm, depreſſoſque premunt ad terram. Luc. Quare poſt hanc vitam, felices erunt, qui hic piè, juſtè vixerunt, non qui fictis ceremoniis fuerint initiati. Plutarch. in lacon. Optimus enim animus pulcherrimus Dei cultus. Sen.

Ergò,

Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere Divos.

Virg. 6, Æneid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

quoniam,

Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia juſtis.]

Ovid. 13. Metaph.

——— quæcunque capeſces
Teſtes factorum ſtare arbitrabere Divos. Sylv. 15.

Non ſecura quies illos ſimiliſque ſopori
Detinet, innocui vivite numen adeſt.
Reddite depoſitum: pietas ſua fœdera ſervet.
Fraus abſit: vacuas cædis habete manus.

Ovid. 1. de arte.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

CAPUT IV.

DE PRUDENTIA.



Prudentia.

O quos imperium juvat & diademata Reges
Conſilium ſit delicio, & prudentia cura.

HÆc intellectus & delectus rerum defi-
niri poteſt, quæ publicè, vel privatim fu-
iendæ ſunt, vel appetendæ. Hinc olim dice-
bat Bion: Prudentiam tantò cæteris virtutibus
ntecellere[1], quantò reliquis ſenſibus præſtaret
iſus. Ille autem eſt vir prudens,qui benè con-
ultare poteſt; (inquit Ariſtoteles 6. Ethicor.)
& judicare de iis quæ ipſi vel aliis ſunt bona,
& utilia: non ex parte ſolum aliquâ, ſed quo
d totam vivendi rationem. Ita ars vivendi eſt
rudentia, ut medicina valetudinis; hæc præ-
entia ordinat, futura providet, præterita re-
ordatur. Cic.lib.5.de fin. Eſt autem pruden-
ia propria imperantis virtus. Ariſt.lib.5.pol.
uæ ſub ſe rationem comprehendit, ſine quâ
ihil diuturnum, Curtius 3.

Nam vis conſilii expers mole ruit ſua. Horat. od.3.

Vis autem adjuncta prudentiæ uſui eſt, ſine
eâ magis abit innoxam, Socrat. ad Demon.
Et parvi ſunt foris arma, niſi ſit conſilium do-
mi. Cic.2. de offic. Ideò ô Princeps, ſi tibi
omnia ſubjicere vis, te ſubjice rationi, quâ
duce per totam vitam eundum eſt, & minima
& maxima ex hujus conſilio gerenda ſunt, te-
ſte Senecâ lib. 1. de beneficiis. & epiſt. 37.
Hanc fortuna ſequitur: nam ſapiens (inquit
Plautus in Trin.)pol ipſe fingit fortunam ſibi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Quare:

> Nullum Numen habes ſi ſit Prudentia, nos te
> Nos facimus fortuna Deam, cæloque locamus.
>
> Iuv. Sat. 10.

Tunc conciliabis animos hominum, & ad tuos adjunges uſus. Tacit. 1. anna. Nam nullum majus boni imperii juvamentum, quam boni amici. Tacit. 3. hiſt. Ergò, ſi vis amari ama; quod fiet ſi cum civibus tuis, quaſi Parens cum liberis in charitate vivas. Plinii Panag.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16



COmitate & alloquiis officia cum Tac. 5. hiſt. provocans, Sed incorrupto ducis ho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

nore. Nec aut reverentiam terrore, aut amorem humilitate captabis. Plin. Panag. Sed cum Germanico magnitudinem & gravitatem ſummæ fortunæ retinens invidiam, & arrogantiam effugies. Tacit. 1. annal. Ita enim virtutes ſpecie diſpares prudentia junguntur. Cic. in orat. ad Brutum. Interim utere ſapiente diffidentia: non alia res utilior eſt mortalibus. Eurip. Et qui cavet cum decipiatur; vix cavet, cum etiam cavet. Plaut. Sed contra illud inculco. Multi fallere docuerunt, dum timent falli. Sen. epiſt. 7. Nec prudentes ſuſpicari oportet, ſibi parum credi. Cæſ. de bello civil. Nam vult ſibi quiſque credi: & habita fides ipſam obligat fidem. Liv. 22. Ergò fide, ſed cui vide, nec nimis citò, nec tardè. Utrunque in vitio, & omnibus credere, & nulli. Sen. epiſt. 3. Prudentis proprium eſt examinare conſilia, nec citò fallaci credulitate ad falſa prolabi: Auth. de Virt. quandoquidem fallaces ſunt rerum ſpecies, & multa interveniunt per quæ & malus pro bono ſubrepat, & bonus pro malo diſplicet. Senec. lib. 4. de benef. Caveat igitur princeps ſibi ab aulæ ſervis, à quibus, teſte Diocletiano, optimus imperator venditur. Vopiſc. in Aurel. Etiam ſpecies ipſa gratioſi liberti aut ſervi dignitatem habere nullam poteſt. Cic. ad Quintil. fratr.

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Quoniam, præcipuum indicium magni liberti ſt. Plin. Pan. Quare Cicero doctè & rectè ibr. 1. de officiis ſic fatur: quod ad res attinet, agere debes quod agas conſideratè omnique in re quid ſit veri videre, & tueri docet. Nam indecorum principi attractare quod non obtineat. Tac. 3. Annal. Sed conſiderandum eſt, ne temerè deſperet propter ignaviam. Cic. 1. off. Multa enim experiendo fiunt, quæ ſegnibus ardua videntur. Tac. 15. Annal. Dicimus etiam ne confidat, adjungito nunc etiam propter cupiditatem: quandoquidem omnis ferè cupiditas ſibi in id quod properat, opponitur. Sen. 1. de ira. Ideò in omnibus negotiis tuis, antequam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens, & ſat citò, ſi ſat benè. Auguſt. in Suet. Quandoquidem iſtud ſapere eſt, non, quod ante pedes modò eſt, videre; ſed etiam illa, quæ futura ſunt, proſpicere. Terent. Adelph. Exue ideò temeritatem, quæ cum ſapientiâ non commiſcetur, ſed diligentiam, quæ in omnibus rebus plurimum valet, cole. Hanc quære Princeps: hâc unâ virtute omnes continentur virtutes. Cic. epiſt. 2. ad Orat. Et cogita cum Salluſtio ad Cæſarem, maximo imperio in eſſe maximam curam; ex quâ & magnæ merces. Tunc utilia honeſtis commiſcebis & neceſſitates voluptatibus, ſeria

jucundis antepones: nam prudentis eſt, cum re mutare conſilium. Sen. 4. de benef. & ſuperbæ ſtultitiæ perſeverantia: quandoquidem humanarum rerum pleraſque fortuna regat. Saluſt. jurg. Imprudentium iſta fiducia: fortunam ſibi ſpondere, ſapiens utrumque partem ejus cogitat. Sen. 4. de benef. Hanc ob cauſam olim Terent. Adelph. dixit: Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris, ſi illud quod maximè eſt opus jactu non cadit, illud quod cecidit fortè, arte ut corrigas. Ita præcellere, atque ſapere eum omnes dicimus, ut quiſque fortuna utitur. Plautus. Quare te tempera, tempori: nam bonæ & honeſtæ res ſi fiunt intempeſtivè, non probantur, & multa quæ honeſta natura videntur, temporibus fiunt non honeſta. Cic. 3. de offic. Ergò in qualibet re opportunum tempus ſpectandum, cum Ovidio:

Temporibus medicina valet, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore, vina nocent.

Ideò in omnibus ama Prudentiam, quæ non vult fallere, & falli non poteſt. Auth. lib. 4. de virtute. Nunquam enim deceptus eſt Princeps, niſi qui prius ipſe decepit. Plin. Paneg. Quare ne quid ſimulatè, ne quid fallaciter agat. Cic. lib. 3. offic. Nec ſit ſimilis Tiberio, qui nullam æquè, ut rebatur, ex virtutibus ſuis quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

quam diſſimulationem diligebat. Tacit. lib. 5. Annal. Aut Cajo, qui etſi commotus ingenio, ſimulationum falſa in ſinu Avi perdidicerat. idem 6. Ann. Ergò in te Trajani ſimplicitas, veritas, candor agnoſcantur. Plin. Paneg. Quandoquidem melius eſt eſſe probus quam videri. Saluſt. Nam malus cum ſe bonum ſimulat, tunc eſt peſſimus, ut docet Publ. Syrus. Ideò contriſtatus exclamavit Senec. in Hippol.

O vita fallax! abditos ſenſus geris,
Animiſque pulchram turpibus faciem induis:
Pudor impudentem celat, audacem quies.
Pectus nefandum vera fallaces probant:
Simulantque molles dura.

Prudentiæ etiam eſt, quæ locata ſunt in delectu bonorum & malorum, ea à ſe invicem diſcernere: revera cum plerunque bonorum malorumque cauſæ ſub diverſa ſpecie latitent & finitima ſunt falſa veris. Cic. 4. quæſt. acad. etiam Ovid.

Et mala ſunt vicina bonis errore ſub illo
Pro vitiis virtus crimina ſæpe tulit.

Sic, decipimur ſpecie recti. Horat. Art. Poet. & jure Satyr. 14.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & umbra,

Sic mentitur prodigus liberalem. Sen. ep. 120. quæ vitia Princ. maximè errare faciunt, quoniā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

ſecerni non poſſunt à Principe; tamen ne cum ſtultis vitia vitantibus in contraria currat, ipſi commendo circumſpectionem, & moram antequam hoſce vel audiat, vel promovet. Tuum eſt etiam non negligere famam: quoniam non minus fama, quam vi ſtant res principum. Tacit. 4. Annal. Ideò tibi à malo cave, & illud cogita,

Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum. Cat.

Veluti in facie plus offendit nævus, aut verrucula, quam in reliquo corpore grandes maculæ, aut cicatrices, ſic exigua delicta magna videntur in principe, cujus vita in conſpicuo eſt. Plutarch. in moral. Illi enim non magis quam Soli latere contigit. Senec. Undè nullus locus, nullum tempus eſt, quo funeſtorum principum manes à poſterum execrationibus conquieſcit: contra contemptor ambitionis, & infimæ poteſtatis. Domitor ac frœnator animi ipſâ vetuſtate floreſcit. Plin. Pan. Quare ſemper famæ memineris, quam bonam habebis ſi benè te geſſeris: docente Ovidio 2. faſtorum.

Et memorem famam qui bene geſſit, habet.

Hanc, nempè, prudentiam gignunt uſus & memoria. Hic efficaciſſimus rerum omnium magiſter eſt. Pl. lib. 28. Ideo in hunc ſenſum illud

illud African. rectè quadrat.

Uſus me genuit, mater peperit memoria.

Hinc eſt quod experimentis optimè credatur. Hæc ratio ſplendeſcit, quo pacto æs uſibus niteſcit. Plut. de gerend. rep. Hanc ætas affert: quoniam

Seris venit uſus ab annis. Ovid. 6. Met.

Indè fit, quod juvenes prudentes eſſe non poſſunt, quià prudentia experientiam requirit, quæ indiget tempore. Ariſt. 6. Ethicor. Prudentia ſenectutis, temeritas florentis ætatis eſt. Cic. de Senect. Hæc in eâ (ob inſcitiam) audaciam, illa verò in iſtâ timiditatem gignit. Thucidid, Jure merito ideò conſilia ſenum, haſtæ juvenum ſunt. Plut. Illis enim corpus armis infirmum, ingenium ſapientia validum eſt, Sal. ad Catal.

Sed ——— Iuvenilibus annis
Luxuriant animi. Ovid. 3. faſtor.

Hæc cauſa eſt, quod non poſſunt facilè regere impetum, etiamſi ipſis oraculum Apollinis proponatur,

Noſce te ipſum.

Ut atteſtatur Chilon. Quapropter qui ad gubernacula Reipublicæ temerarius accedit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

maxima & miſerrima parabit naufragia. Cic. Igitur benè ſi regnare deſideras, hoc præceptum ſerva: majori cede, optimos dilige, & probatiſſimos doctores, quorum diſciplinæ tu te ſubjeciſti: quoniam inquit Seneca lib. 2. de benef.

Nemo regere poteſt, niſi qui & regi.

Hi te exemplis & monitis aliorum regum & principum docebunt, quid fugiendum, tentandum, & tunc te felicem judicabis, quippè qui ex alieno periculo ſapis, eoque tuum vitium emendas:

nam cecinit Ovidius:

Vos ego nunc moneo; felix quicunque dolore
Alterius diſces poſſe carere tuo.

De uſu hactenus.

Alteram nempè Prudentiæ parentem præcipuè inſtruit & ornat hiſtoria: quæ lux veritatis & vitæ magiſtra eſt. Cic. 2. de orat. Ex hac non modo caſus, eventuſque rerum, qui plerunque fortuiti ſunt, ſed ratio etiam cauſæque noſcuntur. Tacit. 1. hiſt. Quare eam amplectere Princeps, cujus ingenium ad magnæ fortunæ cultum excitatur. Quia, ſicut medici nihil prodeſſe ægrotantibus poſſunt, ſi morbo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

morborum cauſas ignorant: ita qui circa res geſtas verſantur, omni prorſus utilitate carent, niſi & loci, & temporis, & cauſarum omnium occaſionum ratio conſtet. Polybius lib. 3. Non in mentem opinio Agrippinæ tibi cadat, quæ filium à philoſophia arcuit: cum diceret hanc imperatori contrariam eſſe. Sueton. de Nerone. Contra Philippi mentem patris Magni Alexandri, qui vi adhibita ipſum ad ſtudium philoſophiæ compulit: quippè quod maximè neceſſarium eſt Principi; ut latè aſſerit Plutarchus in Apothegm. Imperator. & Regum. dum ait: at qui philoſophiæ præceptis præmunitus accedat, ſi adſit mens integra, vix poterit ab honeſto deflectere. Hac de cauſa profeſſus eſt Alexander ſe malle doctrinâ ante ire reliquos, quam opibus & dignitate, in epiſt. ad Ariſt. Ideò cogita te regere imperio populos, quod haud quaquam ſine ſtudio & lectione fit. Quare multum tibi legendum, ſed non multa. Plin. 6. epiſt. Nam ut non ii, qui plurimum comedunt, & exercentur, melius valent iis, qui modicè, ita non qui plura, ſed qui utiliſſima legerint, cenſendi. Ariſt. in Laert. Rectè itaque qui fructuoſa, non qui multa ſapit, ſapit.

CAPUT V.

DE IVSTITIA.



Iuſtitia.

Iuſtitia eſt virtus primaria principe digna,
Quâ ſine nec florere poteſt, nec vivere princeps.

HÆc omnium domina eſt, & regina virtutum. Cic. 3. de offic. Hæc jus ſuum cuique tribuit. Juſtin. Quod unà cum æqui-

tate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

tate eſt civitatum vinculum. Cic. 2. par. Ergò princeps ſuos ſummos cum infimis pari jure retinere debet. Idem 2. de offic. Neque committere ut leges ſint aranearum telis ſimiles, in quibus infirmiora animalia hæreant, cum eaſdem valentiora perrumpant. Plutarch. in Sol. aut ut quæratur:

Quid faciant leges, ubi ſola pecunia regnat?
Aut ubi paupertas vincere nulla poteſt?

Jam verò, gratiâ divinâ, Res publica præmio ſcilicet & pœnâ ſubditos ſuos excipit. vitiis ſupplicia, prœmia virtutibus propoſita ſunt. Cic. 1. epiſt. ad Lent.

Quis enim virtutem amplectitur ipſam
Prœmia ſi tollas? Iuven. Satyr. 10.

Et ut Ovidius. 1. de Ponto canit,

Ipſe decor recti, facti ſi prœmia tollas
Non movet & gratis poenitet eſſe probum.

Tunc enim langueſcit induſtria, intenditur ſocordia, ſi nullus ex ſe metus & ſpes. Intereà reſervat ſibi ſeveritatem, ſine quâ adminiſtrari civitas nulla poteſt. Cic. 2. de off. Hocque ſummâ cum conſideratione: nam malum eſt habere Principem, ſub quo nihil ulli liceat: pejus vero eum, ſub quo omnia omnibus. Dion. Ner. Siquidem ſalutaris ſeveritas vincit ina-

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

nem ſpeciem Clementiæ. Cic. ad Brutum. Sic unius improbi ſupplicio, multorum improbitas coercetur. Idem 3. act. in Verr. Ideò medici urunt ſecantque membrum, ſi ex eo gangrænam ſuſpicantur. Verr. in fragm. Quod approbat Ovidius, lib. 1. Met.

——— Immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur,

Et tu cave dum ignoſcis malis bonos perditum eas. Saluſt. jurg. nam qui uni improbo parcit, multis bonis minatur. Publ. C. Nequaquam ergò patiendum licentiam ſcelerum; quaſi rabiem ad integros procedere. Saluſt. jurg. Tamen cum modo, non ut crudeles ſolent, qui puniendam cauſam habent, modum non habent: talis Sylla cujus

Exceſſit medicina modum: nimiumque ſequuta eſt
Qua morbi duxere manum. Luc. 2.

Sanè jus ſummum ſumma ſæpè malitia eſt. Ter. Haut. Ergò ſi judicas cognoſce, & dum cognoveris non ſit pœna culpâ major: nam boni Principis eſt prohibere à delictis magis quam vindicare. Saluſt. jurg. Prœmia verò ſi danda obviam eundum eſt. Interim, malis nihil crediderit, nullam exiſtimationis ſuæ partem commiſerit. Cic. ad Quintil. fratr. Res tuas ſpectatiſſimis mandare oportet, cum

Tac.

Tac. Annal. Et nequaquam, quibus avaritia cœcis omnia honeſta, atque inhoneſta vendere mos eſt, & qui præter imparatas pecunias privato commodo ſerviunt, prædamque in ſinum ſuum conferunt laverniones. Cæſ. 3. de bell. civili. Hi ſunt ſimiles hortulano, teſte Alexandro Severino, qui à radice olera exſcindit. Sed eligat tales qui utilitati Rei Publicæ inſervire poſſunt: nam boni paſtoris eſt tondere pecus non deglubere. Tib. apud Suet. Ideò Claudiani verſiculos audi, & eos in pectore ſerva,

> Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit
> Occurrat mentemqne domet reſpectus honeſti.

Eò magis, quia tyrannicum eſt dicere, licet ſi libet. Quare te, ô Princeps afflagito, memineris non ſolum quantum tibi commiſſum, ſed etiam quatenus permiſſum. tunc eris

> Iuſtitiæ cultor, rigidi ſervator honeſti
> In commune bonus. Lucan. 2.

Et in ſumma, omnia quæ alium quemvis imperatore in te facere velles, ea ipſe tua ſponte feceris.

CA-

CAPUT VI.

DE CLEMENTIA.



Clementia.

Sed quia jus ſummum eſt injuria, turpe tyranni
Stigma, quod abſtergit facili clementia regi.

HÆc à Seneca 2. de Clementia definitur: Temperantia animi in poteſtate ulciſcendi. Hæc luna in regno eſt, & juſtitia abſque eâ crux eſt. Dioclet. apud Pomp. Cat. Hanc ob cauſam, de hac ita olim Claudianus cecinit:

Hæc docet ut poenis hominum, vel ſanguine paſci
Turpe ferumque putes, ut ferrum Marte cruentum,
Sic cum pace premas, ut non infenſus alendis
Materiem præſtes odiis, ut ſontibus ultro,
Ignoviſſe velis, deponas ocyus iram
Quam moveas, precibus nunquam implacabilis obſtes,
Obvia proſternas, proſtrataque more leonum
Deſpicias.

Certè, nihil eſt quod imperatorem melius commendet, quam Clementia. Marc. Anton. Et ſervare proprium eſt excellentis fortunæ. Senec. 1. de clemen. Nec ullâ re propius homines ad Deum accedunt, quam ſalutem hominibus dando, Cic. pro Ligario.

Enimverò,

Pulchrum eſt eminere inter illuſtres viros
Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abſtinere, tempus atque iræ dare;
Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.
Hæc ſumma virtus, petitur ad cælum via. Sen.

Hęc magnum timoris eſt remedium, e contra,

Qui terret, plus ipſe timet. Claud. 4. Honor.

Nam neceſſe eſt multos timeant, quem multi timent. Macrob. Sat. 7. Et nulla vis imperii

tanta

tanta eſt, quæ præmente metu poſſit eſſe diuturna. Cic. lib de officiis. Quia quem metuunt oderunt, & quem quiſque odit periſſe cupit. Quiſque autem vitam ſuam contempſit, tuæ dominus eſt. Sen. epiſt. 4. Ideò cave multos ſi ſingulos non times: nam malus eſt cuſtos diuturnitatis metu, contraque benevolentia fidelis eſt vel ad perpetuitatem. Cic. lib. 2. de offic. Et profectò,

> Non ſic excubiæ, non circumſtantia pila
> Quam tutatur amor.

Undè re ipſa reperi fælicitate nihil homini eſſe melius Clementia. Ter. Heaut. Quare, qui vult amari, languidâ regnat manu. Inviſa nunquam imperia retinentur diu. Sen. Theb. Non ita tamen quin autoritatem reſervet ſibi: nam tam omnibus ignoſcere crudelitas eſt, quam nulli. Sen. 1. de Clemen. Ergò, adhibe modum, quo ſanabilia ingenia diſtinguere à deploratis ſcias, & ſi quandoque miſſo ſanguine opus eſt ſuſtinendum, ne ultra quam neceſſe ſit incidas, quoniam non minus turpia ſunt Principi multa ſupplicia, quam medico multa funera. Debet ergò Princeps parvis peccatis veniam, magnis ſeveritatem commodare: nec pœna ſemper ſed pœnitentia contentus eſſe. Tacit. Et efficere ut pœna ad paucos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

metus ad omnes perveniat, etiamſi te lædere aliquis excogitaret, ipſi parcere. Hic ſi deprehenſus eſt, jam nocere tibi non poteſt, ſed famæ tuæ prodeſſe. Quod Cæſ. Auguſtus demonſtravit, qui contumelias quoque ſuas, quæ acerbiores Principibus ſolent eſſe quam injuriæ, nullâ crudelitate exequebatur. Sed probroſis in ſe dictis arriſit. Sen. Cautè: nam convitia, ſi iraſcare agnita videntur, ſpreta exoleſcunt. Tacit. 4. Annal. Certè magnam fortunam magnus animus decet, etiam erga hoſtes.

——— Ignoſcere pulchrum
Iam miſero, pœnæque genus vidiſſe precantem. Claud.

Et ſanè,

Quo quiſque eſt major, magis eſt placabilis iræ:
Et faciles metus mens generoſa capit,
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem cum jacet hoſtis habet.
At lupus, & turpes inſtant morientibus urſi:
Et quæcunqne minor nobilitate fera eſt.

Ovid. 3. de triſt. eleg. 5.

Quanta igitur pervicacia in hoſtem, tantâ beneficentiâ adverſus ſupplices utendum. Tacit. 12. Annal. Præcipuè cum regium ſit parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos. Ergò quandò puniendi ſunt rei tanquam invitus & magno cum tormento ad caſtigandum veni, ut cecinit Ovid el. 3. de ponto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Sit piger ad poenas princeps, ad proemia velox,
Quique dolet quoties cogitur eſſe ferox.

Talis erat C. Auguſtus, quem dare pœnas apparabat, cum exigeret; Et Veſpaſianus, qui neque cœde cujuſquam lætatus juſtis ſuppliciis illachrymavit etiam & ingemuit. Sueton. Veſpan. Caveat ſibi igitut ab inexecrabili irâ, quia nulli regi gloria. Hoc ſi fecerit ſibi cum Auguſto ita dicente gratulabitur. Benignitas mea me ad cœleſtem gloriam efferet. Auguſt. in Suet.

Enimverò,

——— Quiſquis eſt placidè potens
Dominuſque vitæ ſervat innocuas manus,
Et incruentum, mitis, imperium gerit,
Animæque parcit, longa permenſus diu,
Fælicis ævi ſpatia, vel cælum petit,
Vel læta, felix, nemoris Eliſii loca.

Sen. Herc. fur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

CAPUT VII.

DE FIDE.



Fide

Dictorum ſit firma fides, conſtantia cultus
Principis eſt nitidus, ſit idem cum pectore verbum.

CIcero lib. I. de offic. inquit, ita dictam eſſe, quia ſignificat quod dictum eſt. Hanc Romani in capitolio vicinam Jovi eſſe volue-

runt. Cat. Cent. ſer. Hæc ſtabile & æternum facit imperium. Curt.3. Quæ maximè conſervanda: nam perfidioſum & nefarium eſt fidem frangere, quæ vitam continet. Cic. pro Roſ. Ideò jure merito cum Silio 2. lib. exclamare licet;

Ante Iovem generata, decus divumque hominumque
Qua ſine non tellus pacem, non æquora norunt,
Iuſtitiæ conſors, tacitumque in pectore Numen.

Ergò illos fuge, fuge; qui omnia recta & honeſta negligunt, dummodo potentiam conſequantur, & cum Cæſare illud uſurpant: Si violandum eſt jus regnandi gratia violandum eſt: aliis rebus pietatem colas. Sed capitalis Eteocles vel potius Euripides qui id unum ſolum, quod omnium ſceleratiſſimum fuerat exceperit. Itaque

——— Ne rumpite fœdera pacis
Nec regnis poſtferte fidem. Sil.2.

Nihil enim ſtabile quod eſt infidum. Cic. ad Amic. Expellendus ergò hic eſt, cui pecunia chara, fides ingrata eſt. Saluſt. jug. Quoniam, illi mendaciis ac fallaciis quaſi præclaris artibus gaudent. Val. lib.9. Hiſce pactum non pactum eſt, non pactum, pactum cum illis lubet. Plaut. in Aulul. Iſtis nunquam cauſa deficiet cur pacto non ſtent. Liv. lib.3. Malè: nam

nam fraus diſtringit, non diſſolvit perjurium. Quare tibi ſervanda fides etiam cum hoſte. Ibid. Hinc Regulus, cum retineretur à propinquis, & ab amicis ad ſupplicium redire maluit, quam fidem hoſti datam fallere. Cic. lib. 1. de offic. Itaque

——— Optimus ille
Militiæ, cui poſtremum eſt, primumque tueri
Inter bella fidem.

Ergò, qui jus-jurandum vioalat: fidem violat, & hic nequaquam à pœna evadet. Etiamſi

——— primo perjuria celat:
Sera tamen tacitis pæna venit pedibus. Tib.

Certè ſi ad hanc oculos tuos convertas, videbis in orbe terrarum præter eam nihil majus perdere poſſe, ſi eos inclines ad conſcientiam,

Heu quantum miſero poenæ mens conſcia donat.

Luc. 7.

Poena autem vehemens & mnlto ſeverior illis
Quas & Cæditius gravis invenit & Rhadamanthus.
Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem. Iuv.

Quamobrem, cave fluxam fidem geras. Plaut. Aul. Sanè, res pulchra eſt lingua, cui fides. Eurip. Hac de cauſa, probus omnis dicet cum Publio Mino: malo mihi ſucceſſum deeſſe, quam fidem.

Enim-

Enimverò,

> Non bove mactato cæleſtia Numina gaudent,
> Sed quæ præſtanda eſt, & ſine teſte fides. Ovid.

Colendum eſt itaque venerabile hoc fidei Numen, quæ dextram ſuam ſalutis humanæ certiſſimum pignus oſtentat. Val. lib. 6. cap. 6.



CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

CAPUT VIII.

DE MODESTIA.

ſt modus in rebus, frœnum modus, atq; lupatum.
t memor ipſe ſui ſit rex, faſtumque retundat.

REvera vana ſuperbia eſt, etiamſi magna, & vitium grande rebus ſolenne ſecundis ibortum, Claud. 2. Nam quicquid leve & nane in animo eſt, ſecunda ſe aura ſuſtollit: uia fragilitatis humanæ nimia in proſperis ebus oblivio eſt. Sen. 2. de ben. Et id docuit irgilius 10. Æneidos per hos verſus,

Neſcia mens hominnm fati, ſortiſque futuræ
Et ſervare modum, rebus ſublata ſecundis.

Quoniam, fortuna plerunque corrumpit. Curt. 3. Quæ cum blanditur, captatum advenit. Publ. Sir. Quare ſi rectè beatèque vivere tudeas, impone fœlicitati tuæ frenos, quibus hanc facilius reges. Curt. 7. Nam modicis rebus, longius ævum eſt. Sen. Agam. Sed, quicquid exceſſit modum pendet inſtabili loco. Senec. od. Quoniam fortuna vitrea eſt, cum ſplendet frangitur. Publ. Nam, cuncta mortalium incerta: quantoque plus adeptus ſis, tanto te magis in lubrico cenſeas. Tac. 1. Annal. Et humanæ res fluxæ ac mobiles, licet ſint maximæ, ſæpè in adverſa mutantur. Sal. jurg. Et

ita illud quod maximum videtur periculum ſenſit ab invalido. Curt. lib. 7. Nonnè ita leo animal, omnium animalium fortiſſimum ac generoſiſſimum, minimarum avium pabulum fit, & rubigo ferrum conſumit? Igitur rebus ſecundis modeſtè, ac decenter vive, nam moderata durant. Ex pectore verò tuo ſuperbiam & aſperitatem ideò exue, & amplectere modeſtiam, quâ ornatus ore probus cum Octavio, & animo verecundus cum Bia, & ſermone facilis cum Seneca eris. Tunc cum Auguſto, Veſpaſiano, & Alexandro Magno aperto ore exclamabis: imperatoriam majeſtatem virtute, & non corporis cultu conſtare. Lamp. Alex. Sanè, ubi magna cultus cura, magna eſt virtutis incuria, ut atteſtatur Seneca per hæc verba, honeſtum ipſi vile eſt, cui corpus nimis carum eſt. Ergò,

> Sint procul a nobis juvenes ut fœmina compti:
> Fine coli modico forma virilis amat. Ovid.

Loquar ideò cum Saluſtio: munditiæ mulieribus, viris labor convenit. Non minus in ſermone. Quarè obnixè precor: ut hoc incumbas, ut libentius audias quam loquaris, & illud ſæpè mente revolvas: audi, cerne, tace, ſic oblectabere pace. Quoniam

Eximia eſt virtus, præſtare ſilentia rebus:
At contra gravis eſt culpa tacenda loqui.

Ovid. de Art.

Reverà,

Nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe loquutum. Cat. Diſt.

Ad ſummam, ne mentem lingua præcurrat. Laert. lib. 1. Ne, ſermo vitium aliquod judicet ineſſe moribus. Cic. de offic. 1. Neque de te ipſo prædicare falſa, & cum irriſione audientium ne imitare militem glorioſum. Cic. de offic. Nam, hujuſmodi Thraſonum omnis vis virtuſque in lingua ſita eſt. Sal. ad Cæſ. Idcircò ut dixi tace: & cogita Taciturnitatem optimum & tutiſſimum adminiſtrandarum rerum eſſe vinculum. Valer. 3. & hoſce verſiculos perpende.

Hinc aures natura duas homini dedit Auctor·
Naturæque omnis conditor ipſe Deus.
Os tamen ut parvum, ſic unum: ejuſque miniſtram
Aut ſociam, linguam parvam, etiam atque brevem:
Nempe, quod audiri pateretur plurima, dici
Multa ſed omnino non pateretur item.

Igitur cum Zenone audiamus plura, loquamur pauca.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

CAPUT IX.

DE LIBERALITATE.



Liberalitas

Eſt Regum ditare ſuos, diteſcere reges
Nil eſt, ni donis ſubjectos largiter ornent.

Liberalitatem primam Principis dotem Diocletianus appellavit, quam ego tibi commendatam volo, quippè quæ melius im-

perium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

perium cuſtodiat, quam arma. Sen. de brev. vitæ. Nam liberalitate qui utuntur, benevolentiam ſibi conciliant: & (quod aptiſſimum ad quiete vivendum) Charitatem. Cic. 1. de Fin. Cæterum falluntur, quibus luxuria ſpecie liberalitatis imponitnr. Perdere multi ſciunt, donare neſciunt. Ergò da plena manu, idque bona voluntate & citò, nam bis dat, qui cito dat. Publ. At verò gratia quæ tarda eſt ingrata eſt: gratia namque, cum fieri properat, gratia grata magis. Auſon. Quoniam, omnis benignitas properat, & proprium eſt libenter facientis citò facere. Sen. lib. 2. de benef. Sis itaque ad largiendum, quam ad promittendum promptior. Democ. apud Stobæum. Nam

Multa fidem promiſſa levant. Horat. 2. epiſt. 1. Et,
Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt. Ovid. 1. de arte.

Igitur, priuſquam promittas delibera. Stobæus de morib. Et, aſpice hominum mores, non fortunam. Cic. lib. 2. de offic. Non eſt enim beneficium quod fortunam ſpectat. Sen. lib. 4. de Benef. Quare, melius apud bonos, quam apud fortunatos collocatur. Ibidem. Quoniam beneficium dignis ubi das obligas. Publ. E contra, malo benefacere tantundem eſt periculi quantum bono malefacere. Plaut. Illud Taciti 3. hiſtoriarum dictum ſemper tibi præ oculis verſetur: etiam ſimplicitas, ac liberalitas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

ni adſit modus in exitium vertuntur. Tamen, nec liberalitatem nec ſuperfluitatem deeſſe oportet, ut cecinit Horat. lib. 1. Satyr. 1.

> Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines
> Quos ultra citraque neque conſiſtere rectum.

Fidem forſan liberalitate te empturum putes? falleris

> Perdurat non empta fides, nec pectore merces

Alligat Claud. 4. Hon. Sed, pretio parata vincitur pretio fides. Senec. Agamn. Itaque ne ſub ſpecie benignitatis inconſulta facilitas placeat; Nam, liberalitatem nec deeſſe oportet, nec ſuperfluere. Et adde pro concluſione: quod turpiſſimum genus damni eſt inconſulta donatio. Senec. 1. de Benef.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

CAPUT X.

DE TEMPERANTIA.



Temperantia

Imperet ipſe ſibi moderando libidinis æſtum,
Qui volet imperitare aliis, & ponere leges.

DIctũ illud apud me in pretio habetur magno Tac. lib. 2. Ann. Animo per libidinem corrupto nihil honeſtum ineſſe. Hanc Plato eſ-

cam malorum appellavit, quod eâ videlicet homines capiantur ut hamo piſces. Et Claudianus lib. 2.

Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
Corporis arbitriis hebetat caligine ſenſus,
Membraque Cyrcæis effœminat acrius herbis:
Blanda quidem vultu, ſed qua non tetrior ulla
Interius fucata genas, & amicta doloſis
Illecebris auro torvos circumligat hydros.

In quem ſenſum ſic etiam Boethius lib. 3. de Conſol. Philoſ.

Habet omnis hoc voluptas,
Stimulis agit fruentes,
Apiumque par volantum.
Ubi grata mella fudit
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

Architas Tarantinus nullam dicebat peſtem eſſe voluptate capitaliorem: ſiquidem ex eâ tanquam ex fonte prodit, quicquid eſt in hominum vita ſcelerum, & calamitatum.

——— Inde aſpice late.
Florentes quondam luxus quas verterit urbes.
Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa voluptas. Silius.

Sic, Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello,
Et Lapithas bello perdis Iacche gravi.

Et alibi alter,

Sic cecidit Priamus, ceciderunt Pargama Trojæ
Ob Paridis cæcum ſceptra ſuperba jacent.

Quare:

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. Hor. ep. 1.

Intem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Intemperantia hæc comitem fomitemque habet amorem laſcivum, quem Princeps inſtar canis anguiſque fugiat. Quoniam,

> Non bene conveniunt nec in una ſede morantur
> Majeſtas & Amor. Ovid. 3. Met,

Certum eſt & affirmo amantem ſibi ſomnia fingere, prorſus ignorare vel potius negligere quæ Principem decent, quod atteſtatur. Ovid. epiſt. 1. per hæc verba.

> Quid deceat non videt ullus amans.

Amorem plus fellis quam mellis habere idem notavit 2. lib. art. amandæ. Quare

> Quod juvat exiguum eſt, plus eſt quod lædit amantes,
> Vtile propoſitum eſt ſævas extinguere flammas
> Nec ſervum vitiis pectus habere ſuum.

Ergo, Opprime dum nova ſunt ſubiti mala ſemina morbi.
Nam, Qui blandiendo dulce nutrivit malum
Sero recuſat ferre, quod ſubiit jugum. Sen. Hyppol,

Hic Amor ——— Iuventa gignitur luxu, otio:
Nutritur inter læta fortunæ bona,
Quem ſi fovere, aut alere deſiſtas, cadit.
Brevique vires perdit extinctus ſuas.
Sen. Oct.

Ideo, Fac monitis fugias otia prima meis.
Hæc ut amas, faciunt: hæc ut fecere tuentur,
Hæc ſunt jucundi cauſa, cibuſque mali.
Otia ſi tollas periere Cupidinis arcus
Contemptæque jacent & ſine luce faces. Ovid. 1.

Quoniam, libidinoſa, inquit Cic. lib. de Sene. intemperanſque adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. Huic dicebat Diogenes: ut in ædibus, in quibus copia eſt alimentorum, multi, ſunt

aſſciſcere, apud Stobæum Serm. de intem. Quare,

Dignus eſt interitu, ſi dira pericula quæris
Sponte tua cadis, nec Deus arma juvet.

Ideò irritamenta vitiorum quam longiſſimè ſuge, & temperantiam tibi ſemper ante oculos tuos affixam habe: quæ contractio quædam cupiditatum, eſt, & libidinis animique non recti impetus. Undè Temperantia voluptatibus imperat: alias odit, atque abigit; alias diſpenſat & ad ſanum modum dirigit. nec unquam ad alias propter ipſam venit: ſcit modum, quantum debes, non quantum velis. Senec. epiſt. 88. Sed intemperans omnes voluptates concupiſcit, & tandem ſuis voluptatibus ſubmergitur, quare omnium mortalium miſerrimus judicandus, quoniam teſte Seneca lib. 7. de Benef. Hujus animus inerti otio torpet. Quare cave tibi ab hac Hydra, & illud Ovidianum revolve,

Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.

Quod fiet virtutem Temperantiam ſi tibi reſervaveris, quæ ex virtutum conſcientia procedit, ideo non niſi fortis, niſi juſtus, niſi temperans poteſt gaudere. Sen. epiſt. 19. Nam

——— Semita certe
Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ. Iuv. Sat. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

CAPUT XI.

DE FORTITVDINE.



Fortitudo.

Qui ratione ſubit pugnas, is fortis habendus,
Pro Patria certare pio laudabile Regi eſt.

CIcero lib. 1. de officiis ita loquitur. Juſtitiæ verò primum munus eſt, ne cui quis noceat, niſi laceſſitus injuria. Fortes igitur

ac mag-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

ac magnanimi ſunt habendi, non qui faciunt, ſed qui propulſant injuriam. In eum verò qui jure agere, & ſatisfacere paratus ſit, nefas bellum ſumere. Thucid. lib. 1. Juſtum autem bellum, quibus neceſſarium eſt, & pia arma, quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes. Liv. 9. Optabilius quidem foret magnitudinem ſuam juſtitia tueri. Tac. de mor. germ. Sed, quia non deerunt, niſi ſylva, in qua graſſantur, exciſa raptores alienæ libertatis. Val. lib. 2. Illud eſt non modo juſtum ſed neceſſarium, cum vi vis illatta defenditur: nam hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacunque ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarunt. Cic. pro Milone. Sed ſunt & belli ſicut pacis jura: & ideò Princeps ea non minus quam fortiter gerere debet. Idem lib. 5. Nam aliter quid aliud, quam omnium inter ſe gentium bella exiſtent. Tac. lib. 4. hiſt. Et Barbaro ritu cædem cæde, & ſanguinem ſanguine expiabis. Sal. ad Cæſ. Ideò pro cynoſura Iuſtitiam, pro gubernaculo Prudentiam, pro portu denique Pacem habe. Et non cum pleriſque libidinem dominandi cauſam belli habe, neque cum iis maximam gloriam in maximo imperio puta: quoniam iſti ex omni occaſione triumphum

quærunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

quærunt. Plin. Paneg. Namque his,

Bellorum exuviæ, truncis affixa trophæis,
Lorica, & fracta de Caſſide buccula pendens,
Humanis majora bonis creduntur. Iuv. Sat. 9.

Undè ab iiſdem, quæritur belli exitus, non cauſa. Sen. Herc. Fur. Atttamen, plerunque eventus belli, velut æquus judex: undè jus ſtabat, ei victoriam dedit. Liv. 21. Sanè,

Cauſa jubet ſuperbos meliore ſperare ſecundos. Luc. 7.

Et vi conſcientiæ,

Frangit, & attollit vires in milite cauſa,
Quæ niſi juſta ſubeſt excutit arma pudor. Prop. lib. 4.

Pergo, & dico Prudentiam etiam Fortitudinem gubernare: nam fortes non modò fortuna adjuvat (ut eſt in proverbio) ſed multò magis ratio, quæ quibuſdam quaſi præceptis confirmat vim fortitudinis. Cic. lib. 2. Tuſc. Et illa certiſſima eſt virtus, quæ ſe diu multumque circumſpexerit & rexit, & ea lento ac deſtinato provexit, quoniam temeritas ubi plurimum impetum fudit, velut quædam animalia, amiſſo aculeo torpet. Senec. 1. de ira.

Proinde ——— non ſolum viribus æquum
Credere, ſæpe acri potior Prudentia dextra.

Hinc in Ulyſſe Prudentia ſic in Ajace audaciam compellat:

——— tibi dextera bello
Vtilis, ingenium eſt quod eget moderamine noſtro:
Tu vires ſine mente geris, mihi cura futuri eſt:
Tu pugnare potes, pugnandi tempore mecum
Eligit Atrides: tu tantum corpore prodes,
Nos animo: quantoque ratem qui temperat anteit,
Remigis officium, quanto eſt duce milite major,
Tantum ego te ſupero. Ovid. 13. Metaph.

Quare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Quare, arma conſilio ſuperanda ſunt. Tac. 1. Annal. Et conſilio omnia prius, quam armis experiri ſapientem decet. Teren. Eun. Nam, animus vereri qui ſcit, ſcit tuto aggredi. Publ. Et omnia audiens contemnitur, nil temerè agens metuitur. Livius 22. Igitur, quicquid præter opinionem in bello evenire poteſt, priuſquam aggrediare conſidera. Sal. Quoniam, omne bellum ſumitur facilè, cæterum ægerrimè deſinit: nec in ejuſdem poteſtate initium ejus & finis eſt: incipere cuivis ignavo licet: deponitur cum victores volunt. Thucid. lib. 1. Quare cum tuas vires, tum vim fortunæ, Martemque communem propone animo. lib. 30. Idcircò,

Licet omne tecum Græciæ robur trahas,
Licet arma longe miles, ac late explicet,
Forruna belli ſemper ancipiti in loco eſt. Senec.

Quantumvis autem opibus tuis confidas, non debes certa pro incertis mutare. Sal. Iug. Nec ita aliena appetas, ut de tuis dimices. Liv. 30. Quin potius cave, ne dum ad culmen venire contendis, unà cum ipſis ramis, quos comprehendiſti, decidas. Curt. 7. Nam, ſæpè ſimul parta, & ſperata decora unius horæ fortuna evertere poteſt. Livius ibid. Sanè cautis quam acrioribus conſiliis fortuna tutius habetur Tacit. 12. Annal. Quare Auguſtum imitare, qui nulli genti ſine juſtis & neceſſariis cauſis

intu-

intulit. Suet. aug. Et cum Trajano, nec provoces, nec timeas Plin. Paneg. Id beatius quam ſuas alienaſque fortunas metu verſare. Tacit. Etiam cum Scipione & Antonino unum civem ſervare, quam mille hoſtes occidere melius eſt. Apage ergò furias faceſque belli. Liv. 21. & homines in id natos, ut ipſi neque quieſcant, nec alios ſinant. Thuc. 3. Iſtorum enim, quemque ſuæ rapiunt ſceleratæ in prælia cauſæ. Luc. lib. 1. At heu miſeri qui bella gerunt. Idem lib 4. Quoniam, belli non adventus ſolum ſed etiam metus adfert calamitatem. Cic. pro lege Manil. tum enim

Non ullus aratro
Dignus honos, ſquallent abductis arva Colonis.
Virg. lib. 1. Georg.

Tum ſcelera adempto fine per cunctas domos
Iëre: nullum caruit exemplo nefas. Sen. Hypp.

Quia ———— Arma non ſervant modum,
Nec temperari facile, nec reprimi poteſt
Stricti enſis ira. Sen. in Herc. Fur.

Et ——— Notum quid cæde calentibus armis,
Quantum iræ liceat, motuſque quid audeat enſis.
Syl. lib. 1.

Cum igitur duo ſint genera decertandi, unum per diſceptionem, alterum per vim, cumque illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiori. Cic. lib. 1. de offic. Ac tum

Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.
Virg. 6. Æneid.

Atque

Atque erectum & fidentem animi te oſtende. Tac.4. Annal. Nam, fortis animi & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici (ut dicitur) ſed præſentis animi uti conſilio, nec à ratione diſcedere. Cum enim tempus eſt, neceſſitaſque poſtulat decertandum manu eſt, & mors ſervituti turpidinique anteponenda. Cic.lib.1.de offic. Enimverò

> Dulce ac decorum eſt pro patria mori,
> Mors & fugacem proſequitur virum,
> Nec parcit imbellis juventæ
> Poplitibus, timidoque tergo. Hor.3.od.2.

Sanè honeſta mors turpi vita potior, & incolumitas ac decus eodem loco ſita ſunt. Tac. Quod olim demonſtravit rex ille Ponti & Bithyniæ Mitridates captivus. Quoniam fortiſſimus quiſque tutiſſimus eſt. Sal. Jug. Et intuta plerunque quæ indecora. Tac.lib.1.Hiſt. In prœlio enim qui maximè timent, his maximum eſt periculum. Sal. Cat. Et Paridis conſilia incerta ſunt. Tacit. 2. Annal. Quam ob rem, nunquam omninò periculi fuga committendum eſt, ut imbelles timidique videamur: ſed fugiendum etiam illud ne offeramus nos periculis ſine cauſa, quo nihil ſtultius eſſe poteſt. Cic. lib.1. de offic. Revera

> ——— fortiſſimus ille eſt
> Qui promptus metuenda pati, ſi cominus inſtent
> Et differre poteſt. Luc. lib.7.

Quarè.

Quarè, fortis eris, & magnanimus pericula ſi non appetas ut temerarius, nec ut timidus formides. Anton. lib. 4. de virtute.



Pax.

HActenus ego de Bello ejuſque victoria: ſed ut dixi, ut inde pax ſubſequatur: velut Cic. lib. 1. de offic. Bellum ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud quam pax quæſita videatur. Sapientes enim pacis cauſa bellum gerunt, & laborem ſpe otii ſuſtentant. Sal. ad Cæſ. Siquidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

in pace cauſæ, & merita ſpectantur ubi bellum ingruit, innocentes ac noxii juxta cadunt, Tac. 1. Annal. Ideò, melior tutiorque eſt certa pax quam ſperata victoria; illa in tuta, hæc in deorum manu eſt. Liv. 30. Hujus nomen dulce eſt, res verò tum jucunda, tum ſalutaris. Cic. Quâ non modo ii quibus natura ſenſum dedit ſed etiam tecta atque agri lætari videntur, Cic. de lege Agrar. Rectè igitur

——— Pax optima rerum
Quas homini noviſſe datum: pax una triumphis
Innumeris potior. Silius XI.

Ergò pariter ad hanc ite, tam quibus ſalus quam quibus gloria cariſſima eſt, Tacit. Agric.

Nam, Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.
Sane, Candida pax homines, trux decet ira feras. Ovid.

Quare, Frondibus Actiacis cunctos redimita capillos,
Pax ades, & tuto mitis in orbe mane.
Dum deſint hoſtes, deſit quoque cauſa triumphi,
Tu ducibus belli gloria major eris.

Quoniam,

Marti nulla ſalus, populos Mars perdere geſtit,
Quid non eſt ex Marte mali: Deus optime perdas
Martis opus, placidamq; tuis concedito pacem.

AMEN. FONT.

Capita hujus libri politici.

I.	De Virtute.	Fol.1.
II.	De Vitio.	Fol.10.
III.	De Religione.	Fol.20.
IV.	De Prudentia.	Fol.24.
V.	De Juſtitia.	Fol.36.
VI.	De Clementia.	Fol.40.
VII.	De Fide.	Fol.45.
VIII.	De Modeſtia.	Fol.49.
IX.	De Liberalitate.	Fol.52.
X.	De Temperantia.	Fol.55.
XI.	De Fortitudine.	Fol.59.
Ultimum de Pace.		Fol.65.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 16